



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 43. Scriptores A catholici mortui, eorum lucubrationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

sipone die decima tertia Februarii. Sæc. XVIII.
 VI. Placidus ex Ord. FF. Eremitarum A. C. 1734.
 S. Augustini Regis Galliæ Geographus,
 qui in eadem hac scientia plures com-
 posuit tractatus, inter quos præcipue
 commendatur descriptio Padi & Da-
 nubii fluminum: Decessit Parisiis trige-
 sima Novembris die annos natus octo-
 ginta sex. VII. Thomas Faucet de
 Lagny, qui die undecima Aprilis mor-
 tuus edidit tractatum de quadratura
 circuli, novam methodum pro extra-
 ctione radicum, nova elementa Arith-
 matices & Algebrae &c.

§. XLIII.

*Scriptores A catholici mortui, eorum
lucubrationes.*

Ex Scriptoribus diversæ Religionis
 hoc anno obiit. I. Franciscus
 Wokenius Lutheranus, qui die deci-
 ma octava Februarii mortuus posteris
 reliquit meditationes privatas theolo-
 gico - criticas, pietatem criticam in
 hypallagas biblicas & contra Synche-
 ses biblicas, annotationes exegeticas
 in Prophetiam Haggæi, stromata apo-
 stolica, epitomen Theologiæ ex epistola
 D. Pauli ad Titum, elementa Ethices,
 observationes critico - Biblicas, textum
 V. T. ab enallagis liberatum, Christia-
 nis

Sæc. XVIII.

A. C. 1734.

nismum primævum, selecta sacra, de
 editione Pentateuchi hebræo - Sæc.
 ritani, Commentationem in Cantu
 enallagas e N. T. exterminatas, com
 mentaria in Estheræ librum, har
 niam V. & N. T. introductionem
 theologiam moralem symbolicam,
 fertationes varias, & alia quam
 rima. II. Arnold Sahme iridit
 theranus Præco, qui scripsit tresdecim
 disputationes, de mercatorum neces
 tate & utilitate, de comitibus P
 nis, de imaginibus Principum, de
 academiis erigendis, de ritu de
 tionis in quibusdam Academi
 fueto &c. III. Joannes Andreas
 Lutheranus, qui edidit Historiam
 mismatum de nummis ob v
 Turcis reportatas, trifolium
 narum epistolarum de vero Carib
 nismo, de Theolo. is Saxonis in h
 Drésden, Dissertationes de lacrim
 veterum, de magno Christophoro,
 luna Turcica deficiente, de Baptis
 Joannis, de Eucharistia moribundis
 mortuis olim data, de fide carbom
 ria, de die cinerum, & alia nonnulla.
 IV. Henricus Engelcken Lutheranus,
 qui varias disputationes publici juris
 fecit, & controversias Bellarmi re
 fellere aggressus est, sed morte præ
 ventus opus suum perficere haud po
 tuit.

tuit. V. Albertus Joachimus de Kra-
kewitz, qui crebras cum Edzardio, Sæc. XVIII.
A.C. 1734.
Rechenbergio, & Dippelio contentio-
nes habuit, & varia contra eos oppu-
scula edidit: præter hæc autem elu-
cubavit plurimas disputationes de
Christi ostio, de Theologia dæmonum,
de conversione gentilium, de ultimo
Paschate, de mortuorum resurrectione,
de Paulo post conversionem adhuc Pha-
risæo, de semine mulieris, de bonis
operibus &c. VI. Joannes Gottlieb
Olearius, qui relictam a Patre suo Bi-
bliothecam Scriptorum Ecclesiastico-
rum edidit, & de suo addidit disputa-
tiones de Julio Cæsare Vanino, de va-
riis atheos convincendi methodis, de
renuntiatione feriarum, de utilitate &
necessitate rei literariæ in Jurispruden-
tia &c. VII. Joannes Conradus Dip-
pel Fanaticorum Princeps, qui Giesfæ
tot sceleribus contaminatam gessit vi-
tam, ut non nisi propudiosa fuga publi-
cam pœnam evitaret, inde Fran-
ckensteinium, ubi natus erat, rever-
sus edidit scriptum antipietisticum, or-
thodoxiam orthodoxorum, & axioma
veteris Adami detectum & discussum
contra Hanneckenium. In his libellis
plures detegebantur Pietistarum erro-
res; nunquam vero Dippelius crabrones
adversus se magis concitabat, quam
dum

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

dum sectam Lutheranam aperta fronte
impugnavit, & sub nomine Christiani
Democriti suum *Papismum* proteſtanti
vapulantem, & Anno 1728. suam
demonstrationem Evangelicam de Doctrina
& satisfactione Christi in publicam
protrudit; cum enim in his libris
ligionem Lutheranam, Prædicantem
libros symbolicos &c. ludibrioſe
bilis exploderet, & Lutherana
putationem meritorum Christi, ad
que hujus sectæ doctrinas
ipsum quoque Lutherum redargueret,
quod in epistola ad Hebr. c. 11. v.
verbum *ἰσχυρισμῶν* per Verbum
zur Vorsicht nequiter interpretatur.
sanctam Scripturam circa satisfactionem
Christi ad rudium captum, non
juxta veritatem loqui assereret, quæ
que alia Lutheranis principis contra
ria doceret, tunc vero contra Johannem
Edmannum Neumeister, Petrus Haer
fen, Wagnerus, & Schwenzelius, quæ
se Christophorum Wolgemuth nominantem
aliique calamos suos atrabilem
acuerunt, quos tamen Dippelius ma
daci dente repressit. Horum vero impulsu
Giessa emigrare coactus, Berolinum
aufugit, ubi etiam alchymizæ fraudibus
plurimos decepit, ac propterea cultor
diæ datus, ægre Francofordium
Mænum, inde Amstellodamum attigit.

ubi tamen scandalosis suis colloquiis, ^{Sæc. XVIII.}
 & præsertim edito libello: cui titulus: A. C. 1734.
alea belli muselmannici, tantam Batavo-
 rum invidiam sibi accersebat, ut rur-
 sus Altonam versus fuga elabi cogere-
 tur: cum vero Hamburgum conten-
 deret, a Magistratu ad Daniæ Regis
 petitionem Altonam reductus est, ubi
 instructis iudicii actis dignitate Con-
 siliarii Danici exutus est, & omnibus
 ejus scriptis publice per carnificem
 combustis, vinculis onustus Hafniam
 & inde ad Insulam Bornholmiam ab-
 ductus fuit, perpetuo carcere multan-
 dus. Tandem vero deprecante Daniæ
 Regina post septennem captivitatem,
 Holmiam, petente ipso Sueciæ Rege,
 contendit, incassum Prædicantibus
 Suecis Regi supplicantibus, ne huic
 Religionis irrisori aditum in Regnum
 concederet; unde, quamvis ibi Regis
 & Procerum gratiam aucupatus fuisset,
 Prædicantium tamen importuni-
 tate factum, ut promulgato Imperii
 decreto Urbe eodem adhuc anno ex-
 cedere juberetur, ejus vero scripta
 Regio edicto supprimerentur. Inde
 ergo in Germaniam reversus, huc illuc
 incerto pede circumferebatur: Fre-
 quens, mendax tamen fama spargebat,
 hunc Lutherani Cleri exterminatorem
 Angelum tandem periisse, quo com-
Hist. Eccles. Tom. LXXIV. Bbb per-

Sæc. XVIII. A. C. 1734. perto Dippelius die vigesima Maii
 no hujus sæculi trigesimo tertio de la
 morte tot votis exoptata relationem ex-
 dit, in qua questus, falso in vulgo
 disseminari, quod ante obitum suos
 rores revocarit, & ob tot animarum
 perniciem & ob impendens supplicium
 in desperationem actus potius in
 quam coram toto Imperio curam
 exoptarit, & tota Protestantium Ec-
 clesia Deo grates rependeri quam ma-
 ximas, quod tandem ab hoc sæculo
 liberata fuerit &c. Ipse vero quam
 clarabat, sibi ex æternitatis Regni
 tatum fuisse, se non moriturum, nisi
 omnes Christianorum sectæ sectarum
 insaniam, & orthodoxam rabiem
 solam Deo acceptam veram
 agnoverint, eamque amplexati
 Eapropter cunctos hortabatur,
 rumori de ejus morte, per integrum
 hoc sæculum nullam fidem habere
 eo quod certo sciret, se ante annum
 Christi millesimum octingentesimum
 octavum non moriturum. Quam
 vero hic fanaticus homo semetipsum
 & alios suis deliriis deceperit, in-
 patuit, quod proximi anni die vige-
 ma quinta Aprilis Witgensteinii mor-
 tuus in lecto fuerit inventus, postquam
 fatua ipsius anima per integros sexa-
 ginta duos annos in corporis sui ca-
 cere detenta fuerat.

Ceterum præter libros jam supra Sæc. XVIII.
 relatos Dippelius insuper edidit libel- A. C. 1734.
 lum, cui titulus: *Vinum & oleum in*
plagam papismi Protestantium infusum,
 insuper scripsit colloquium inter Eleu-
 therium & Nicodemum, progressum
 & finem Orthodoxiæ, & Heterodoxiæ,
 accusatum & in judicio veritatis dam-
 natum Confessarium, Christianorum
 Statum in terris, Confessionem sincere-
 ram dogmatum in ejus libris explana-
 torum, tres epistolas ad Commodum
 Brüscken, verum Christianorum Bap-
 tismum fluminis, specimen Acade-
 micæ Theologiæ, Manuductionem ad
 amissum lumen & jus, Pastorem unum
 & unum ovile, scutum veritatis con-
 tra Krakewitzium, Castigatorium Fa-
 cultatis Halensis, fatum fatuum, Pel-
 lucidum speculum Sectarum, apolo-
 giam tractatus de vera demonstratione
 Evangelica, & aliam fidei suæ confes-
 sionem, in qua propugnabat, S. Scri-
 pturam proprie non esse Verbum Dei,
 meritorum imputationem Lutheranam
 esse pessimam & absurdissimam hæresin,
 fidem salvificam duotaxat consistere in
 abnegatione omnium voluptatum &
 creaturarum, eamque esse fidei justi-
 tiam, per Baptismum hominem non re-
 generari, in Cæna non dari unionem
 Sacramentalem, confessionem & abso-
 lutio-

Bbb 2

Sæc. XVIII. lutionem Lutheranam nil esse nisi
 A. C. 1734. dicum jocum & dolum Prædicantium

Sacrum ministerium duntaxat per
 probos esse &c. Edidit etiam contra
 Christophilum Wohlgemuth de
 depravationes, & contra Ham
 & Wagnerum scripsit libellum
 titulo: *Lutherana orthodoxia ad nos
 gerem a quibusdam Leibnizianis
 tectis erectum confugiens: necnon
 contra thraonica Hansem
 summam præcipuarum veritatum
 Democriti scriptis contentarum. Chri
 stianum Democritum tanquam
 Protestantem, Democritum redit
 contra Henricum Schüllerum, &
 rarias novellas contra Hamburgen
 novellarum Scriptorem. Porro
 vellis suis Dippelius queritur, se
 opinionum nundinatorem, cum
 pugnet sua dogmata esse Imperii
 gionem, Hallenses Theologos esse
 pocritas, ignavos, infideles & tanquam
 postea carpit librum Bossueti de varia
 tionibus, nilque utilius fore contentum
 quam si singulis mensibus fidei varia
 tiones fierent, scribit denique, concor
 diæ librum a Viris cæcis, & ne fidei
 nec Deum agnoscentibus fuisse com
 positum, quamlibet religionem esse
 merum nihilum, & totam rem Chri
 stianam consistere in amore Dei &*

proximi, modernos Religionum nundinatores jure exclamare, *sancte Cicerone, sancte Seneca, ora pro nobis*, Religiosam pacem duntaxat ad externam quietem collimare. Giessenses Studiosos esse Lurcones orthodoxos, reformationem Lutheranam esse sectam & merum figmentum &c. Hæc pluraque alia omnino absona, & indecora effutiit Dippelius, & tamen, quod sane mirum est, ex ipsis Lutheranis Præconibus, qui ipsum defenderent, habuit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

§. XLIV.

*Lutheranorum motus ob dissolutum
matrimonium inter Catholicum
& Calvinianam initum.*

Jam dudum Spirenses Lutherani hujus Diæcelis Henrico Hartardto Episcopo graves inferebant molestias; cum enim Hic eo tempore, quo Coadjutor eligebatur, paucos ex Catholicis feligeret, ex quibus, prout cuilibet Imperii Principi etiam in alieno territorio habere concessum, cohortem prætoriam conflabat, Lutheranus Magistratus apud Cæsareo-Aulicum Consilium rem tam potenter urgebat, ut duntaxat quosdam Equites meritorios ad suum obsequium habere, Episcopo concederetur: de cetero autem Ma-

Bbb 3

gistra-